Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

humerale species bissus torta can-
descit In Codice regule pa-
storalis titulo xiii

Debet enim per premissi sacerdotalis
indumenti mysterium
de exhibenda mox
doctrine que pulchritudine doctorum
sequentium tractare adiunctum
est Rationale quoque iudicii fa-
ciens ope polimito diuina
uoce precipitur ut in aaron pec-
tore rationale iudicii uittis
ligantibus imprimatur quatenus sacer-
dotale cor nequaquam cogitationes
fluxe possideat sed ratio sola
constringat ne indiscretum quid
uel inutile cogitet qui ad exem-
plum aliis constitutus ex graui-
tate uite debet semper ostendere quan-
tam in pectore rationis portet
In quo etiam rationali uigilanter
adiungitur ut duodecim patriar-
charum nomina describantur descript-
os etenim patres semper in pec-
tore ferre est antiquorum uitas
sine intermissione cogitare Nam
tunc sacerdos irreprehensibiliter
graditur cum exempla patrum
precedencium indesinenter intue-
tur sanctorum uestigia sine cessa-
cione consideret et cogitationes
illicitas deprimit ne extra
ordinis limitem operis pedem
tendat Quod bene etiam rationale
iudicii uocatur quia rector debet
subtili semper examine bona
malaque discernere et que uel quibus

Racionale iudicii faciens ope polimito

quando uel qualiter congruant studiose
cogitare nil quam proprium querere sed
sua commoda proximorum bona
deputare Vnde illic scriptum est
Pones autem in rationale iudicii
doctrinam et ueritatem que erunt
in pectore aaron quando ingredietur
coram domino et gestabit iudicium
filiorum israel in conspectu domini
semper Sacerdoti quippe iudicium
filiorum in pectore coram domino
conspectu gestare est subiecto-
rum causas pro sola interni iudicis
intencione discutere ut nil se
ei humanitatis admisceat in
hoc quod diuina positus uice
dispensat nec correctionis
studia priuatus dolor exasperet
cumque contra aliena uicia emu-
lator ostenditur que sua sunt exe-
quatur ne tranquillitatem iudicii
aut latens inuidia maculet
aut preceps ira perturbet Sed cum
desideratur eius terror qui super
omnia presidet uidelicet iudicis
interni non sine magno ter-
rore temperatur subiecti

In libro Iob xxviii et capitulo x

Debet enim de primorum predica-
torum significacione
tractare adiunctum
est quod sacerdos cum tabernaculum
ingreditur xii lapides in pecto-
re portare iubetur sculptos no-
minibus filiorum israel Cuius per
hunc pontifices in redemptoris

Sacerdos in tabernaculum ingressus xii lapides portare iubetur in pectore